

mone (ut vulgus putat) submersæ sunt et aquæ obrutaæ, ait Abul. Porrò hic lacus, sive mare, est ad orientem terre sanctæ. Nam Jordanis, qui Chanaanæ est ad orientem, in mare hoc influit et ab eo absorbitur, ut patet ex tabulis geographicis, et ex Josue 5, 10.

VERS. 4. — PER ASCENSIUM SCORPIONIS. Est hic locus ita dictus à præruptis montibus, qui sunt asperi instar scorpiorum.

VERS. 5. — IRRITUS PER CYRUM TERMINUS AÆRONA USQUE AD TORRENTEM AEGYPTI. Torrens hic est rivulus, qui ex deserto (unde Theodotion vertit, *torress Arabiae*) veniens juxta Rhinocorrum, in mare Mediterraneum delabatur, terraque tribus Juda et Simeon à deserto, viæque Ægypti distinmat. Unde Sept. pro torrente hoc vertunt Rhinocorrum. His passim in Script. hic torrens ponitur australis terminus terre promissæ, puta Chanaanæ. Ita S. Hieronym. in cap. 6 Amos, et Epist. ad Dardanum, tomo 5. Vide Adrichom. in tabulis. Errant ergo qui torrentem hunc putant esse unum à Nili rivis, ex Josue 15, 5; nam illius loci est sensus: torrens enim hic longè à Nilo et Pelusio, Ægyptico distat.

ET MAGNI (id est, Mediterranei) MARIS LITTORE FINIETUR. Mare Mediterraneum hic vocatur *magnum*, respectu duorum aliorum: nam in terra sancta triplex est mare. Primum est hoc Mediterraneum, quod illam ab occidente afflit, unde *mare hi* in hebr. et alibi sapè significat Occidentem. Secundum est mare Mortuum, seu salissimum. Tertium est mare Cinnereth, seu Genesareth: hec duo ultima potius lacus sunt; primum verè est mare verum et vastum.

VERS. 7. — PORRO AD SEPTENTRIONALEM PLAGAM A MARE MAGNO TERMINI INCIPENT, PERVENIENTES USQUE AD MONTEM ALTISSIMUM, scilicet usque ad montem Hor, ut habent Hebreus et Chaldaeus. Perperam ergo aliqui Libanum hic intelligent.

VERS. 8. — A QUO VENIENT IN EMATH. Emath hæc est minor, in qua est urbs que postea ab Antiocho Epiphane, Epiphania est dicta. Erat hec urbis terminus terra sanctæ ab aquiloni. Erat aliud Emath major, scilicet Antiochia, que caput erat totius Syrie. Ita S. Hieron. et ex eo Riba in Amos 6, 8.

VERS. 11. — CONTRA FONTEM DAPHNIS. Heb. non habent à *Daphnis*, sed tantum contra fontem, scilicet illum, qui juxta Reblatam est notus et celebris; hic autem est Daphnis, nni optimè scivit et intellexit noster interpres, puta S. Hieron. qui accurate perlastravit terram sanctam. Da-

plinis fons aquæ abundantissimus Reblatam urbem irrigat, atque instar celebri et deliciosi illius Daphnes, Antiochiae subiurbanæ, frequenter lauri et amonitæ inclytus est, ut ex 1. 2 Machab., Josepho, et S. Hieronymo docet Adrichomius. Audi S. Hieron. in c. 4 Ezech.: « De Sephamâ, inquit, id est, de Apamia, descendens termini in Reblata, quæ nunc Syrie vocatur Antiochia. » Additum: « Ut scilicet Reblata, sive Reblatam hanc significare urbem, dicit contra fontem, quem et perspicuum est significare Daphnem, de quo fonte lucus aquæ abundantissimi fructus. » Et 1 Machab. 3: « Onias, inquit, Sacerdos continebat se in loco tuto secus Daphnen. » Nam cùm sint plures Antiochiae, una ad Cragum flumen in Ciliciâ, altera juxta Meandrum flumen in Caria, tertia Pisidie in Cappadocia, ad illarum differentiam hec cognominata est Antiochia ad Daphnem, que etiam aliarum comparatione, Antiochia magna dictur et Antiochia ad Orontem, quia ab Oronte fluvio securat media. Est prolepsis; nam postea datum est nomen Daphnes luci fonti, aquæ ac suburbano Antiochiae, ei adjacenti. Unde et portæ urbis eō tendens, dicta est Daphnitica, juxta quam sepulcum fuisse corpus S. Ignati Martiris, testatur S. Hier. Dicta est enim Daphne, id est, laurus, vel laureum, ob lauros et cypresses a Pompeio dedicatas colo: vel potius ob memoriam virginis Daphnes, quam Ladon fluminis sui filium Antiocheni fabulati sunt: unde et laurum coluerunt ob memoriam virginis Daphnes, inquit Philost. lib. 1, et Arianus, ac ex iis Anton. Nebris. in Quinquaginta, c. 14.

INDE PERVENTI CONTRA ORIENTEM AD MARE CENERETH. Cenereth, vel, ut Hebrei legunt, Gineret, urbs erat, quæ postea corruptè Genezareth, et à Tiberio Cesare Tiberias est dicta: juxta hanc urbem erat lacus, qui mare et stagnum Cenereth, aut Tiberiadis dicuntur; et à provinciâ in qua erat, mare Galilee, juxta huc mare erat Nazareth, Capharnaum, Bethsaida, et aliae urbes, quæ educatione, conversatione et miraculis Christi fuerunt celebratae.

Erat hoc mare Cenereth, uti et alterum salissimum, sive mortuum, cum Jordanæ, ab oriente limes terra sanctæ: Mediterraneum limes erat ab occidente; torrens Egypti, cum desertis Arabiae, limes erat à meridi: Emath, sive Epiphania, uti et Libanus, limes erat à septentrione. Idem termini terra promissa

consignantur, Exodi 25, 31, nisi quod ibi à septentrionis termino ponatur fluvius, scilicet Euphrates. Qui sane ampli fuerunt termini, ac consequenter terra Judæa promissa per amplius: complexa est enim Philistiam et Philistinos omnes, ut patet Josue 15, vers. 2 et 3. Rursum complexa est totam Pheniciam, ac consequenter Tyrum et Sidonem, hec enim tribui Aser à Josue attributa sunt, Josue 19, v. 28 et 29. Sed permisit Salomon Iheram regem Pheniciam, ejusque opera usus est in fabricâ templi, aliquo eius jure de regno Tyri excludere potuisse. Ita Abul. Hinc et mulier Tyria, quæ à Christo filie sanitatem impetravit, à Mattheo, cap. 15, 22, vocatur Chanaanæ, à Marco verò, c. 7, 26, vocatur *Syropheneissa*, quia videlicet Phenicia erat pars Chanaanæ. Unde patet Iudeos suo demerito et culpa tota terra hic promissa, usque ad hosce terminos, non esse potios, nisi pauci Salomonis regni tempore, quo tamen nonnullæ regiones non fuerunt ab eis culte et habitate, sed tantum subacta et vestigiales: quedam etiam amice tantum et sociales, uti iam dixi de Tyro.

VERS. 12. — ET TENDENT USQUE AD JORDANEM. Jordanes limes erat ab oriente terra sanctæ, id est, novem tribum. Nam tres aliae tribus, scilicet Ruben, Gad et dimidia Manasse hic non numerantur, ne eorum termini hic describantur quia ipsi jam sortem accepant eis Jordarem, in Galiad, ut dicitur, v. 14.

Nota. Jordanes famosissimus fuit fluvius, et terminus terre sanctæ. Oritur enim ad radices Libani, atque ex confluxu duorum rivulorum, scilicet Jor et Dan, conflatur; indeque dicitur Jordanes: juxta quem est planities viridissima, in qua extat sepulcrum S. Job, altâ pyramide insignitum. Jordanes, inquit Abulens, q. 3, habet septem privilegia, super alia flumina; primum, quod dividat terram sanctam à Moabum, quod dividat terram sanctam à Moab.

#### CAPUT XXXV.

1. Hac quoque locutus est Dominus ad Moysem in campis Moab, supra Jordanem, contra Iericho:

2. Precipe filiis Israel ut dent Levitis de possessionibus suis

3. Urbes ad habitandum, et suburbani earum per circuitum: ut ipsi in oppidis maneat, et suburbana sint pecoribus ac jumentis :

4. Quæ à muris civitatum fornicetur, per circuitum, mille passum spatio tendentur.

5. Contra orientem duo millia erunt cubiti,

bis, Arribus, aliquæ gentibus. Secundum, quod, aræ Dei cum Hebreis transeunte, fluente ejus steterunt: in cujus rei monumentum, tulerunt Israëli duodecim lapides de medio sive Jordanis, cosque in titulos exercent et collegerunt in Galgalis, Josue 3, et 4 et 5. Tertium, quod per eum Elias et Eliseus sicvis pedibus transierunt, cùm raptus est Elias per turbinem in cœlum, 4 Reg. 2, 8. Quartum, quod in eo Naaman Syrus à leprâ mundatus est, cùm septies in eo lavaretur, 4 Reg. 5. Quintum, quod in eo ferrum securis, ad mandatum Elisei supernatavit, 4 Reg. 6, 2, et 6. Sextum, quod in Jordane Christus baptizatus est, et tactu sue mundissime carnis, vim regenerativam in Baptismo omnibus aquis tributus, Matth. 5. Septimum, quod ibi Joannes Baptista vidit cœlum apertum, et audivit vocem Patris, et vidit Spiritum descendente in specie columbae, super Christum, Matth. 3.

VERS. 17 et 18. — ILLÆ SUNT NOMINA VIRONUM, QUI TERRAM VOBIS DIVIDENT, &c., SINGULI PRINCIPES DE TRIBUBUS SINGULIS. Non quod hi 12 divisores essent principes supremi singularium tribuum: nam Caleb non erat summus princeps tribus Juda, nec alii erant filii primogenitorum, id est, principum scire tribus, ut patet, si quis conferat parentum eorum nomina, que hic recensentur, cum principibus tribum nominatis, cap. 1. Erant ergo hi principes aliquarum familiarium in sua tribu; vel principes, id est, propositi et prefecti divisione terre sanctæ. Hebr. enim vox nisi, propriè significat præpositum. Itaque hi duodecim principes terram Chanaan diviserunt in partes aquas proportionales; quo facto sortient jecerunt, que pars cuique obtingeret; atque hinc terra hac nunc sorte, nunc per principes dividenda dicitur, ut patet c. preced. v. 54. Quomodo per sortes divisa sit terra, dicam Josue 14, 1.

#### CAPUT XXXVI.

1. Le Seigneur dit encore ceci à Moïse dans les plaines de Moab, le long du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho :

2. Ordonnez aux enfants d'Israël, que des terres qu'ils possèdent, ils donnent aux Lévites

3. Des villes pour y habiter, et les faubourgs qui les environnent, afin qu'ils demeurent dans les villes, et que les faubourgs soient pour leurs troupeaux et pour leurs bêtes.

4. Ces faubourgs, qui seront au dehors des muraillées de leurs villes, s'étendront tout au tour, l'espace de mille pas, à compter depuis les murs de la ville jusqu'à l'extremité des faubourgs.

5. Or, le pas vaut deux coudes. Ainsi leur

et contra meridiem similiter erunt duo milia : ad mare quoque , quod respicit ad occidentem , eadem mensura erit , et septentrionalis plaga aequali termino finietur : eruntque urbes in medio , et foris suburbana.

6. De ipsis autem oppidis , quae Levitis dabitur , sex erunt in fugitivorum auxilia separata , ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem : et exceptis his , alia quadraginta duo oppida ,

7. Id est , simul quadraginta octo cum suburbanis suis.

8. Ipseque urbes , que dabuntur de possessiōnibus filiorum Israel , ab his qui plus habent , plures aferentur , et qui minus , pauciores ; singuli juxta mensuram hereditatis sue dabunt oppida Levitis .

9. Ait Dominus ad Moysen :

10. Loquere filii Israel , et dices ad eos : Quando transgressi fueritis Jordane m in terram Chanan ,

11. Decernite quae urbes esse debent in praesidia fugitivorum , qui nolentes sanguinem fuderint :

12. In quibus cum fuerit fugitus , cognatus occisi non poterit cum occidere , donec stet in conspectu multitudinis , et causa illius iudicetur .

13. De ipsis autem urbibus , quae ad fugitivorum subsidia separantur ,

14. Tres erunt trans Jordaniem , et tres in terra Chanan ,

15. Tam filii Israel , quam advenis atque peregrinus , ut confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit .

16. Si quis ferro percusserit , et mortuus fuerit qui percussus est , reus erit homicidii , et ipse morietur .

17. Si lapideum jecerit , et iactus occubuerit , similiter punietur .

18. Si ligno percussus interierit , percussoris sanguine vindicabitur .

19. Propinquus occisi homicidiam intericerit : statim ut apprehenderit eum , interficiet .

20. Si per odium quis hominem impulerit , vel jecerit quippiam in eum per insidias :

21. Aut cum esset inimicus , manu percusserit , et ille mortuus fuerit , percussor homicidii reus erit ; cognatus occisi statim ut invenerit eum , jugulabit .

22. Quod si fortuita , et absque odio ,

23. Et inimicitiis , quidquam horum fecerit ,

24. Et hoc audiente populo fuerit comproba-

tionē sera de deux mille coudées du côté de l'orient , et de même de deux mille du côté du midi . Ils auront la même mesure vers la mer qui regarde l'occident ; et le côté du septentrion sera terminé par de semblables limites . Les villes seront au milieu , et les faubourgs seront tout autour , au dehors des villes .

6. De ces villes que vous démettrez aux Lévitiques , il y en aura six de séparées , pour servir de refuge aux fugitifs ; afin que celui qui aura répandu innocentement le sang d'un homme , puisse s'y retirer , et s'y mettre à couvert de la vengeance des parents de mort . Outre ces six villes , il y en aura quarante-deux autres dans toutes les tribus :

7. C'est-à-dire , qu'il y en aura en tout quarante-huit avec leurs faubourgs .

8. Ceux d'entre les enfants d'Israël qui posséderont plus de terre , donneront aussi plus de ces villes ; ceux qui en posséderont moins , en donneront moins ; et chacun donnera des villes aux Lévitiques à proportion de ce qu'il possède .

9. Le Seigneur dit aussi à Moïse :

10. Parlez aux enfants d'Israël , et dites-leur : lorsque vous aurez passé le Jourdain , et que vous serez entrés dans le pays de Chanaan ,

11. Marquez les villes qui devront servir de refuge aux fugitifs qui auront répandu contre leur volonté , le sang d'un homme ;

12. Afin que le parent du mort ne puisse tuer le fugitif , lorsqu'il s'y sera retiré , jusqu'à ce qu'il se présente devant tout le peuple , pour poursuivre la vengeance , et que son affaire soit jugée .

13. De ces villes qu'on séparera des autres , pour être l'asile des fugitifs .

14. Il y en aura trois au-delà du Jourdain , et trois dans le pays de Chanaan .

15. Qui serviront aux enfants d'Israël , et aux étrangers qui seront venus du dehors , afin que celui qui aura répandu , contre sa volonté , le sang d'un homme , y trouve un refuge .

16. Si quelqu'un frappe avec le fer , et que celui qui aura été frappé meure , il sera considéré d'homicide , et il sera lui-même puni de mort .

17. S'il jette une pierre , et que celui qu'il en aura frappé en meure , il sera puni de mort .

18. Si celui qui aura été frappé avec du bois , meurt , sa mort sera due à l'effusion du sang de celui qui l'a frappé .

19. Le parent de celui qui aura été tué tuerà l'homicide : il le tuera aussitôt qu'il l'aura pris .

20. Si un homme pousse rudement celui qu'il hait , ou jette quelque chose contre lui par un mauvais dessin :

21. Ou si , étant son ennemi , il le frappe de la main , et qu'il en meure , celui qui aura frappé sera complice d'homicide . Il ne pourra jour de privilège de l'asile ; et le parent de celui qui aura été tué pourra le tuer aussitôt qu'il l'aura trouvé .

22. Que si c'est par hasard , sans haine ,

23. Et sans aucun mouvement d'inimitié qui il a fait quelque chose de ces choses ,

24. Et que cela se prouve devant le peuple , après que la cause du meurtre aura été agée

tum , atque inter percussorem et propinquum sanguinis questio ventilata :

23. Liberabitur innocens de ultiōris manu , et reductus per sententiam in urbem , ad quam conseruat , manebitque ibi donec sacerdos magnus , qui oleo sancto uncus est , moriarit .

26. Si interector extra fines urbium , que exilius deputata sunt ,

27. Fuerit inventus , et percussus ab eo qui ulti est sanguinis : absquenoxā erit qui eum occiderit .

28. Debuerat enim profugus usque ad mortem pontificis in urbe residere ; postquam autem ille obierit , homicidio revertetur in terram suam .

29. Hac semperna erunt , et legitima in cunctis habitacionibus vestris .

30. Homicida sub testibus punicitur : ad unius testimonium nullus condemnabitur .

31. Non accipiens pretium ab eo qui res est sanguinis : statim et ipse morietur .

32. Exules et profugi anti mortem pontificis nullo modo in urbes suas reverti poteruntur :

35. Ne polluant terram habitacionis vestrae , que insondum crux maculatur : nec alteri expiri potest , nisi per ejus sanguinem , qui alterius sanguinem fuderit .

36. Atque ita emundabitur vestra possessio , me committente vobiscum . Ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel .

#### COMMENTARIUM.

VERS. 1. — HEC QVOQUE LOCUTUS EST DOMINUS , ETC. SUPRA JORDANEM , APUD JUXTA JORDANEM .

VERS. 2 ET 3. — PRECIPICE FILII ISRAEL , UT DENT LEVITIS DE POSSESSIOΝE SUIS , URBS AD HABITANDUM . Levitis , scilicet tam sacerdotibus , quam Levitis proprii dicti . Levita enim hic significat omnes de tribu Levi : his enim omnibus , nulla hereditas quidem , sed habitat tam danda erat . Unde assignata sunt ei variis urbis , in quibus communiter et promiscue morarentur . Fuerunt ex numero 48 , ut patet Josue 21 , et hic , v. 7 . Et in una harum feret et tabernaculum , quod singuli , cum ipsorum ministriandi vices recurrerent , se conseruant : et expletis vicibus , dominum ad suas urbes revertantur . Lyram censem has urbes fuisse sacerdotum tantum quoad usum ; nam dominum carum fuisse penes alios , et prolat de Hebron , que data est sacerdotibus , Josue 21 ; et tamen dominus eius erat Caleb de tribu Juda . Josue 14 , 13 . Verum fallitur Lyran : nam , Levit . 25 ,

entre celui qui aura frappé et le parent du mort ,

25. Il sera délivré , comme étant innocent , des mains de celui qui voulait venger le sang répandu , et il sera ramené par sentence dans la ville où il s'était réfugié , et démenera jusqu'à la mort du grand-prêtre , qui a été sacré de l'huile sainte ; après quoi il aura une autre liberté .

26. Si celui qui aura tué est trouvé hors des limites des villes qui ont été destinées aux habitants .

27. Et qu'il soit tué par celui qui voulait venger le sang répandu , celui qui l'aura tué ne sera point censé comparable ;

28. Car le fugitif devait demeurer à la ville jusqu'à la mort du pontife ; et après sa mort , celui qui aura tué retournera en son pays .

29. Ceci sera observé comme une loi particulière , dans tous les lieux où vous pourrez habiter .

30. On punira l'homicide après avoir ouï les témoins . Nul ne sera condamné sur le témoignage d'un seul .

31. Vous ne recevrez point d'argent de celui qui veut se racheter de la mort qu'il a méritée , pour avoir répandu le sang ; mais il mourra assitôt lui-même .

32. Les bannis et les fugitifs ne pourront revenir en aucune sorte à leur ville avant la mort du pontife .

33. De peur que vous ne souilliez la terre où vous habitez , et qu'elle ne demeure impure , par le sang imputé des innocents qu'on a répandu , parce qu'il ne peut être autrement purifié que par l'effusion du sang de celui qui aura versé le sang .

34. C'est ainsi que votre terre deviendra pure , et que je demeurerai parmi vous . Car c'est moi qui suis le Seigneur qui habite au milieu des enfants d'Israël .

fundo, æquè ut alii, hereditare, emere et possidere poterant. Tantum enim in divisione terra sancte, facta à Josue, Levite cum aliis tribus sortem suam non acceperant. Unde Barnabas in Cypro, et alii Levite alii, suas habebant possessiones.

VERS. 3 et 4. — ET SUBURBANA SINT PECORIBUS AC JUMENTIS, QUE A MURIS CIVITATUM FORNSECUS, PER CIRCUMFUSIONEM MILLE PASSUM SPATIUS TENDENTIA. Suburbana hic Levitis dantur ad mille passus circumferentia urbes eorum, idque pro pabulo pecorum. Hic versus in Hebreo, Sept., Chaldei, et aliis, videtur omnino contrarii sequenti: hic enim dantur Levitis tantum mille annas, id est, cubiti; sequenti vero versus dantur bis mille annas, id est, cubiti, idque ad quamlibet mundi plagam. Respondent primò Rabbi Salomon, Lyran, et Vatabi. Dicitur fuisse Levitis bis mille cubitos, sed prioribus mille non licuisse arare et serere; posterioribus vero id licuisse. Verum hoc responsio ex cerebro conficta videtur: nihil enim tale inuit Script. Secundo, Burgenses, quem sequitur Arias Montanus in Josue 14, respondet circulum urbem quamlibet Levitarum, ejusque suburbana de scriptum fuisse quadratum; ita ut eius quasi semidiameter, à muris urbis usque ad finem suburbanorum, contineret mille cubitos; ipsum vero latus quadrati quolibet contineret bis mille cubitos. Verum constat urbes ferre non esse quadratas, sed rotundas; ad prouide circa eas, suburbana ad cubitos, non in quadratum, sed in rotundum describi debuisse. Adeo, ex diametro hic eximi longitudem urbis (nec enim à centro urbis, sed ab urbis muris, dimetenda erant fornicatis hæc suburbana), ac prouide quadratum hoc, quod triplique semidiametrum mille cubitorum (id est, diametrum bis mille cubitorum) extra urbem, et simul diametrum urbis ipsius complectebatur, plusquam duo milia cubitorum continuisse, in qualibet latere quadrati. Tertiò, respondet Masius in Josue 14, et Serarius in Josue 21, scilicet suburbana hæc, ad quamlibet plagam habuisse tantum mille cubitos; dici tamen eos bis mille, quia si linea recta mille cubitorum, ad orientem, v. gr., protendatur in latum oppositum, quod est ad occidentem, quod etiam est mille cubitorum, erunt bis mille cubiti. Verum hoc videtur adversari verbis textis, que hoc bis mille cubitos computant non à latere opposito ad oppositum, sed ab uno eodemque latere et plaga; ait enim: *Contra orientem duo milia erunt cubiti, et contra meridiem similiter erunt duo*

*milii*, et totidem ad septentrionem, totidem ad occidentem. Quartò, Albulens. censem hic secundum esse, non textum Hebreum, sed nostrum interpretarem; suburbana enim haec continuissime mille passus, mille autem passus faciunt bis mille cubitos. Licit enim passus sit major cubito, continetque quinque pedes, claram passum fixum metimur, videlicet utrumque per demensoris, et tres pedes, inter utrumque ejus pedem, in passu interceptos; tamen si passum mobilem (qualis hic erat) et continuo progredientes metataria et acipitas, inveneris eum tantum quatuor pedes continere. Nam primus pars tantum in primo passu numeratur, ita ut primus hic passus habeat 5 pedes: in sequentibus vero passibus tantum numerantur reliqui 4 pedes, continuo sibi succedentes, ut patet experientia: quatuor autem pedes faciunt duos cubitos, et paulò amplius. Ergo mille hi passus idem sunt quod bis mille cubiti, de quibus v. seq. Addit. Vilalpando, p. 1 de Urbe et Templo, l. 2, c. 2, quod cubitus communis sit pes cum dimidio, sed cubitus sacer sit duo pedes cum dimidio: ita ut duo cubiti sacer faciant passum, id est, quinque pedes.

Dices: In Hebreo tam hoc versu, quam sequenti est cadem vox *anna*, que cubitum significat: quomodo ergo noster interpres eam hic passum, versus vero seq. cubitum verit? Respondet posset, *anna* non tantum cubitum, sed et passum significare: id enim non tantum docet noster interpres, sed et Eusebius. Quod vero interpres eandem vocem *anna*, primò passum, deinde mox cubitum vertat, non est mirum, quia vidit ipse hoc exigere loci circumstantias; aliqui enim esset hic manifesta contradictione. Cum ergo dicunt in Hebreo, simplificiter *anna*, intellexit *anna* absolutum et maius, id est, passum, significari: cum vero mox dicitur restrictè, per litteram *bet*, duo milia *anna*, id est, in *anna*, intellexit *anna* contractum et minus, puta cubitum, significari. Forte etiam priore loco, sciilee hoc versu, pro *anna* legit *pam*, id est, gressus, passus; ut littera *pe*, in codice attrita vel excisa, remanserit *am*, indeoque descriptores fecerint *anna*. Sciebant enim non *am*, sed *anna*, certam mensuram significare. Verum, quia Hebrei constant, habent *anna*, per *aleph*, non per *ain*, quod in Script. semper cubitum, nunquam passum significat, itaque hic vertunt Chaldei, Septuag. et omnes alii interpres, potius dixerim nostrum interpretarem, passum hic, non majorem sive geometricum, qui quinque pedes comple-

citur, sed minorum, sive vulgarem accipere, ut idem sit quod cubitus. Nam in incessu passus vulgaris, qualis est lento et modestè ambulantium, equalis est cubito, si ab eo primum pedem, utpote in quo consistis, demas, atque tantum numerus spatium inter duos pedes interjectum, (quod est dimidii pedis) ipsunque pedem, quem in passu hoc extendit, et promoves. Sie enim passus hic minor continet pedem circiter unum dimidio, tantudem autem continet cubitus.

Dices: Quoniam ergo hoc versus numerantur suburbana ad mille passus sive cubitos, versus vero sequenti ad bis mille cubitos? Suppono, tam urbes, quam suburbanæ hæc, circulæ, vel ovali formâ fuisse. Nunc dico: Antilogia neque dubius solvi et conciliari potest: primò, si cum Cajetano dicamus suburbanæ hæc fuisse mille cubitorum; sed circumflexa, sive peripheria ipsorum fuisse octo circiter milium cubitorum: ita ut peripheria hæc a qualibet mundi angulo, id est, plaga, habuerit bis mille cubitos.

Pro quo nota. In circulo circumferentia habet proportionem triplicem ad diametrum, et paulò amplius; ita ut si diameter sit duorum milium cubitorum, circumferentia sit sex milium cubitorum. Hic vero semidiametria suburbanorum erant mille cubiti: his additum diametrum urbis ipsius, qui erat circiter sexcentorum cubitorum, ita ut diameter tam urbis quam suburbanorum fuerit 2,600 cubitorum: ex quibus necessario sequitur circumferentiam (qua tripla est ad diametrum) tam urbis quam suburbanorum horum, fuisse circiter octo milium cubitorum. Ter enim 2,600 faciunt octo milia, exceptis ducentis, que hic addenda sunt, quia circumferentia paulò plus quam tripla est ad diametrum. Jam divide octo milia per quatuor mundi plagas, inveneris partem quartam circumferentiam suburbanorum, qua cubilibus plaga obvertetur, fuisse bis mille circiter cubitorum. Et hoc est quod dicitur v. sequent. ad quamlibet plagam fuisse bis mille cubitos.

Moses, inquit Cajetanus, circumferentiam suburbanorum octo milium cubitorum instituit, sive civitas, sit magna, sive parva, ut una esset lex communis de spatio suburbanorum. Arbitratus est enim aquama esse ut cuiuslibet civitatis diameter intrinsecus habebatur sexcentorum cubitorum: quamvis enim una civitas major esset alia, pensando tamen maiorem cum minore, et è converso, institutis suburbanis equalia: existente enim diamet-

tro 2,600 cubitorum, aquam secundum proportiones geometricas, circumferentia determinatur esse octo milium cubitorum, secundum proportionem triplicem, et paulò plus. • Verum, quia angulus (uti est in Hebreo) coniugue plaga, v. sequenti prostrati jubetur ad bis mille cubitos: et quia angulus propriè non peripheriam circuli, sed angulum, sive triangulum significat: et quia præcisè hic mille passus, id est, cubitos, extra singulas urbes numerari jubet Deus; urbes autem aliae erant magna, aliae parvae, ac consequenter aliae minus, aliae amplius quam octo milia cubitorum habebant in peripheria suburbanorum.

Mine secundò aptius, hac duo milia cubitorum accipias, non in peripheria, sed in canthis, sive lineis à centro, puta à muris urbis ductis, usque ad peripheriam suburbanorum: hic enim linea, cum sint binæ ad quamlibet mundi plagam, ut eam totam inter se capiant et comprehendant, faciunt unum angulum in centro, in quo coeunt, et duo angulos in peripheria, in quā terminantur, itaque faciunt triangulum. Unde Hebreo sic ad verbum vertas: *Mensurabit ad angulum orientis duo milia cubitorum*; totidem ad angulum meridiæ, occidentis et septentrionis. Videtur enim Deus hic describere circulum urbis cum suburbanis, ita ut centrum sit urbs, peripheria vero terminetur ad mille cubitos circumquaque extra muros urbis. Circulum autem hunc, ad 4 plagas, dividit in 4 quatuor triangulos, quorum quisque ex isoscelis, id est, duo latera, quæ à centro ad peripheriam ducuntur, habet equalia. Jubet ergo hic Deus, ut suburbana quaqua versum, ad quatuor mundi plagas, extendantur ad mille cubitos; utque orientalis plaga describat dubius lineis, ducit ab urbe ad peripheriam suburbanorum, que duas lineas comprehendant latus orientale, instar trianguli. Pari modo, per duas lineas triangulum secundum jubet describi, ad plagam occidentalem: et pari modo, tertium triangulum ad meridiem, et quartum ad septentrionem; sic ut quelibet plaga describatur per triangulum, ducit dubios lineis ab urbe usque ad peripheriam jam dictam, quarum queque contineat mille cubitos (suburbanæ enim extenderunt ad mille cubitos), ita ut duce lineas ad peripheriam eiusdem plaga ductæ, que sunt trianguli hujus duo latera equalia, simul contineant bis mille cubitos.

Sic ergo facile conciliamus hanc antilogiam: dicimus enim suburbanæ tantum extensa fuisse ad mille cubitos circumquaque, sed quamlibet

plagam fuisse descripsum quasi per triangulum; ita ut duo haberet latera, quorum quod erat mille cubitorum, ac consequenter utrumque latus simul sumptum, erat his mille cubitorum. Verisimilis enim est octo quasi limites, vel palis horum suburbanorum, in ipsis coram finibus fuisse positos: ita ut ad illos ab urbe totidem linea, scilicet octo, duci possent, que quatuo quasi triangulos faciunt; itaque ad hoc, per hos lineas statim circumquaque scri posset, quoque Levitatum praedicta se extenderent, itaque crebre littere, que de confinibus incidenti solent, cum vicinis tributis vitaruntur. Huic sensu faveant hebrei, qui habent: *Numerabis du'a milia in cubito*, quae phrasis innuit, hos his mille cubitos, non directe in longum, sed lateraliiter ministrari, per duo trianguli latera numerandas esse, scilicet, ut quodlibet latus habeat mille cubitos.

Vers. 6. — DE IFSIS AUTEM OPPINIS, QUE  
LEVITUS DABITIS, SEI ERUNT IN FUGITIVORUM  
AUXILIA SEPARATA, UT FUGAT AD EA QUI FU-  
DERIT SANGUinem. Qui aliquem occiderit, intel-  
ligi nolens, vel necius, ut dicitur v. 11 et Jo-  
sus 20, 5. Hac enim urbium asyla constituta  
sum ad tutelam innocentium. Unde debebat  
homicida pretendere innocentem, antequam  
ad hanc asylum admitteretur. Stabat, inquit Iosue  
c. 20, 4, ante portam civitatis, et loquetur senioribus  
urbis iuris eius ea que se comprehensum innocen-  
tem, siue suscipient eum, et dabant ei locum ad  
habitudinem. Nam lege veteri, ob populi illius  
duritatem, permisum erat cognatis occidere  
percussorem propinquum sui, sine alia judicis  
condamnatione, quoquecum loco sum reperi-  
rent, ut patet v. 19 et 27. Ergo constitui jussit  
Deus has urbes refugii, ad quas qui cedem ad-  
miscerant, se recipere, ut ibi essent tui, donec  
causa eorum examinaretur, idque vel in porta  
urbis, ad quam conseruferat, vel eo loco ubi  
homicidium admiserant, ut dicam v. 25. Unde  
eo duebantur, ibique cognati occisi item eis  
intendebant, in qua si innocentes deprehendi-  
rentur, puta fecisse cedem, non ex proposito,  
sed ignorante, casu, vel ad sui tutelam, remi-  
tebantur ad locum refugii, ut dicitur v. 25. Si  
innocentes deprehenderentur, puta scienter et ex  
proposito occidisse, occidebantur et ipsi. Cis  
Jordanem, Moses designavit tres urbes refugii,  
scilicet Bosor, Ramoth et Golan; iubet verbi hie  
v. 11, ut postquam Hebrei transierint Jordani-  
ensem, in terra promissa, tres alias inspera de-  
signant, quod re ipsa factum est Iosue 20, 7.  
Urbes ergo haec regnū universi fuerunt sex,

quibus Deus alias tres addi jussit Deuteron. 19  
9, tunc scilicet cum magis dilatati essent termini  
Hebraeorum.

Omnis porro urbes refugii habitabantur Levitis, nimiriō, ut sacerdoti dignitate v. injusta ( si cognati occisi homicidam ad necē persequerentur ) facilius prohiberetur, utque viris humani divinique juris peritū, putā Levitis et sacerdotibus, illius modi capitalia j. dictia rectius sanctiisque judicarentur.

Queres an ibris in quā erat tabernaculum vel ipsum tabernaculum, fuerit asylium? Ne Tostatus q. 11, affirmat Coarvurias c. 2 concl. 2, lib. Variar. résol. Verūm dico altare et tabernaculum fuisse asylium; non verò et sācra urbē, in quā illa erant. Patet ex eo quod Job ex ure fugerit ad tabernaculum et altare quasi ad asylium: estenim hic locus ex se secessit. Idem colligitur ex Exodi 21, 14; ita Seraphim in Josue 20, q. 7, ubi pluribus id confirmat.

Mysticam explicacionem sex urbium refugiū  
habet S. Ambr. 1. de Fugā q. 2, et ex  
eo Serarius in Josc. 20, q. 12, ac Magalanius  
ibidem v. 9, annot. 4, ubi docet penitentibus  
mystica asylū esse contritionē, orationē  
Dei gratiā, sacramento, et ingressum reli-  
gionis. Docet, inquit S. Ambr., lex fugi-  
ē dum seculū, Deum sequendum. Sex autem  
civitatum refugia sunt, ita ut prima civitas  
sit cognitio verbi, et ad imaginem ejus for-  
ma vivendi; secunda, consideratio divini  
operations, quā creatus est mundus; ter-  
tia, contemplatio potestatis regis et magis  
statis aeternae; quarta, propitiationis divini  
contutius; quinta, legis divinae contemplatio  
que precipit quid faciendum sit; sexta, por-  
tio legis quae prescribit quid non faciendum  
est. Ita S. Romualdus à cede cum interfue-  
rat, fugiens ad monasterium, asylum literarū  
in mysticū communitavit, factusque monachus  
ordinem Canadulentianū instituit; in quo vix  
mirā sanctitate ad centum annos, mortuus  
est anno etatis 120.

VERS. 15.—TAM FILIE ISRAEL, QUAM ADV  
NIS ATQUE PEREGRINIS, scilicet ad iudeo-synag  
conversis, id est proselytis. Hui enim vocantur  
adventi et peregrini: scilicet adveni, vel,  
hebr. est, *ger* dictur, qui nunc primo, vel, can  
non ita pridem advenit et accessit ad iudeo-  
sum. Peregrinus vero, vel, ut hebr. est, *tosca*,  
dictur, qui pridem accessit, diuque inter Israe  
litas commoratus est, sicut accipiente su  
per Graeco voces, ὁ προσελύτος εἰναι ἡμῖν. Is  
rarum in *Jesus 20*, q. 6. Proselyti ergo gaudie

## COMMENTARIUM

bant jure asyli, non verò gentiles in gentilismo manentes. Ita Abulens, et Serarius, licet Masius et Magalianus jus asyli etiam gentilibus hisce hic concessum fuisse censemant, que sententia non est improbabilis.

- Nota. Iudei ex genere tria habebant privilegia, quibus carebant proselyti: primum, semper si esset Iudeus, anno septimo et in quinquagesimo fiebat liber; non autem, si esset proselytus, Levit. 25, v. 40 et 35. Secundum, Iudei gaudebant privilegio remissionis debitorum anno septimo, non proselyti, Deut. 15, 3. Tertium, Iudei non poterant dare ad usuram Judeis, sed proselyti, Deut. 25, 19. In ceteris leges utriusque erant aequales. Ita Abulensis

UT CONCUGIAT AD EAS, QUI NOLENS (<sup>i</sup> involunta-  
re, hebreice, *in ignorantiis*) SANGUINEM FUDERIT.  
Nota : proprio pro solis homicidiis, hec urbes  
refugii statute sunt, non autem pro iis qui  
tumultu laserant alium. Si tamen hic ad eas  
confusissent, gaudebat communis iure asyli.  
Rursus, homicide voluntarii non habebant  
ius asyli. Sed quid si voluntarii quis os  
cidisset, at seipsum defensans, vingue vi re-  
pellens ? — Respondeo : Ille habebat jus asyli,  
iun probata haec sibi innocentia, ex asyli hinc  
dolum remittiebatur, quia non erat homicida  
et nocens, sed plane innocens. Ita Abulensi  
q. 5 in c. 20. Josue, et ibidem Seranus, et Ma-  
gallanus. Si quis verò in ipso asylo, puta in  
urbibus refugii, cadem fecisset, hic iure asyli  
nulla edita Antuerpia cum synodo Antver-  
Tertio, ex urbe refugii Iudei extrahi poteran-  
ti ad iudicium, ut in eo causa eorum ventilaretur : et si reprehenderentur occidisse voluntarii,  
ac prouide non habere ius asyli, morte  
multabuntur. Jam autem nec iudex, ne quis  
alius reum christianum ab asylo abstractore  
potest. Quartò, Iudei habebant asyla iuri di-  
vino, utpote à Deo praescripti. Hoc autem ius  
judiciali erat, et ceremoniali, idēque magis  
abolitum est. Christiani vero habent asyla iure  
humano : quia videlicet pontifices, et reges,  
vel imperatores illa, illorumque ius constitui-  
ront : unde quibusdam in locis illud dilatárum  
in aliis restrinxerunt.

non gaudet, ita Abulens, *ibid.* q. 19.  
Nota. Concessse sunt haec urbes refugii in asylum: primò, ut essent innocentes et innocentum auxilium et presidium. Secundò, ut ostenderet Deus, quām serio in homicidio, voluntarium præscriptum, iniquitatem et animadversitudinem esset. Tertiò, ut ejus qui occisus erat propinquos subtraheret materialm ire, doloris et vindictæ; erant enim Iudei praefacto animo et vindictæ percipido. Quartò, ut novarum rixarum et cædium auferret occasionem. Quintò, ut esset in refugii latribus, penitentia typus et figura.

